Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1210
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



167

nam uenit ℣ Cant. i. ℟ Notum fecit dns aeuia. salutare suum aeuia ℣ Cant. ii ℟ Ipse inuocabit me. ℣ s. Lucam

Illo tempore exiit edictum a cesare augusto ut describeretur uniuersus orbis. Et rel.

Quid est quod nascente dnō mundus describitur nisi hoc quod aperte monstratur quia ille apparuit in carne qui electos suos scribet in eternitate. Quos et de reprobis ypsam dicit deleantur de libro uiuentium et cum iustis non scribantur. Qui bene etiam in bethlehem nascitur. Bethlehem quippe domus panis interpretatur. Ipse namque est qui ait. Ego sum panis uiuus qui de celo descendi. Tu ℟ Sancta et immaculata uirginitas quibus te laudibus referam nescio. Quia quem celi capere non poterant tuo gremio contulisti ℟ Benedicta tu in mulieribus et benedictus fructus uentris tui. Qua. s. Lucam

Illo tempore pastores loquebantur ad inuicem. Transeamus usque bethlehem et uideamus hoc uerbum quod dns fecit et ostendit nobis. Et rel.

Natus in bethlehem dno saluatore sic ait euangelista testatur historia pastores qui in regione eadem erant uigilantes uigilias noctis super gregem suum angelus domini cum magna luce apparuit et exortumque mundo solem iustitie non solum celestis uoce sermonis uerum et claritate diuine lucis astruxit. Nusquam in tota ueteris testamenti serie reperimus angelos quam sedulo prius cum luce apparuisse describuntur. Tu ℟ Beata uisitera marie uirgis que portauiste etiam pius filium et beata ubera que lactauiste xpm dnm. Qua hodie ex salute mundi de uirgine nasci dignatus est. ℟ Dies sanctificatus illuxit nobis uenite gentes et adorate dnm. Qua. s. Iohm

In principio erat uerbum et uerbum erat apud deum. Et deus erat uerbum hoc erat in principio apud deum. Et rel. ℟ Omelia beati g.

Alii euangeliste xpm ex patre natum describunt iohes eundem in principio fuisse testatur dicens In principio erat uerbum. Quam nunc homines subito eum apparuisse amemorant ille ipsum apud dm ip.